



**CONGREGATIO  
DE INSTITUTIONE CATHOLICA  
(DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)**

**DECRETUM**

CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM  
INSTITUTIS), lecta perpensaque

**RATIONE STUDIORUM ATQUE EXAMINUM  
CURRICULI SACRAE THEOLOGIAE  
CATHOLICAE UNIVERSITATIS STUDIORUM TILBURGENSIS  
THEOLOGICAE FACULTATIS**

in Ultraiecto oppido sitae ad normam Constitutionis Apostolicae *Sapientia christiana* adnexarumque *Ordinationum* accurate recognitis et ex Introductione necnon IV capitibus constantibus, quae in iisdem definiuntur ac statuuntur, ad *quinquennium experimenti gratia*, id est usque ad diem XXXI mensis Decembris a.D. MMXI hoc Decreto rata habet atque approbat, omnibusque ad quos pertinet, ut rite observentur, praecipit; servatis de iure servandis; contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Congregationis, die XXI mensis Decembris, in memoria Sancti Petri Canisii Sacerdotis Ecclesiaeque Doctoris, a. D. MMVI.

  
PREFECTUS

+   
A SECRETIS

## Decreet

De Congregatie voor de Katholieke Vorming (voor de Seminaries en de Opleidingsinstituten), bekrachtigt, nadat zij heeft gelezen en overwogen de opzet van het curriculum van de studies en de examens in de heilige godgeleerdheid van de Theologische Faculteit van de Katholieke Universiteit van Tilburg, gelegen in de stad Utrecht, aangezien hetgeen daarin wordt bepaald en vastgesteld nauwkeurig is nagegaan naar de norm van de apostolische Constitutie *Sapientia christiana* en de daaraan verbonden *Verordeningen*, en uit een inleiding en vier hoofdstukken bestaat, voor een periode van vijf jaar bij wijze van experiment, dat wil zeggen tot en met 31 december 2011, met dit decreet de opzet en keurt die goed, en schrijft aan allen die het betreft voor dat die opzet naar behoren in acht wordt genomen; met behoud van wat rechtens behouden dient te worden; zonder dat wat hier ook mee in strijd is een beletsel vormt.

Gegeven te Rome, van dezelfde Congregatie, op 21 december, de gedachtenis van de H. Petrus Canisius, priester en kerkleraar, in het Jaar des Heren 2006.

Zenon kardinaal Grocholewski  
*Prefect*

J. Michael Miller c.s.b.  
*Secretaris*



# CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (DE SEMINARIIS ATQUE STUDIORUM INSTITUTIS)

## DECRETUM

« Ecclesia, ad evangelizationis ministerium implendum a Christo sibi concreditum, ius et officium habet erigendi ac promovendi Universitates et Facultates, quae ex ipsa pendeant » (IOANNES PAULUS II, Constitutio Apostolica *Sapientia christiana*, Art. 1). « Facultates Ecclesiasticae – quae ad bonum commune Ecclesiae ordinantur atque quidam pretiosum toti comunitati ecclesiali sunt habendae – consciae sint oportet proprii momenti in Ecclesia suaeque participationis, pro sua parte, in Ecclesiae ministerio. Illae vero ex iis, quae proxime de christiana Revelatione tractant, etiam memores sint mandati, quod Christus Supremus Magister eidem Ecclesiae circa hoc ministerium hisce verbis dedit: “Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis” (Mt 28,19-20). Quibus omnibus perpensis, absoluta consequitur harum Facultatum adhaesio, qua integrae Christi doctrinae iunguntur, cuius authenticus interpret et custos volentibus saeculis Magisterium Ecclesiae semper exstitit » (*ibid.*, Introductio IV).

«Facultas Sacrae Theologiae eo tendit ut doctrina catholica, ex divina Revelatione maxima cura hausta, methodo scientifica si bi propria alte perspiciatur et systematice enucleetur; atque humanorum problematum solutiones sub ipsius Revelationis lumine sedulo investigentur.» (IOANNES PAULUS II, Constitutio Apostolica *Sapientia christiana*, Art. 66). Ita Facultates Theologicae universalis Ecclesiae Verbi ministerium quod sacra Scriptura, Traditione, Liturgia, Magisterio vitaeque Ecclesiae innitatur oportet, participant. In hoc modo salutis Iesu Christi Redemptoris hominum mysterium integre ac fideliter proponatur (cfr. c. 760 CIC).

Huius egregiae Facultatum Ecclesiasticarum missionis conscius et attento academicorum Sacrae Theologiae Catholicae Studiorum in Nederlandia momento, Em.mus ac Rev.mus Hadrianus Cardinalis SIMONIS, Archiepiscopus Ultraiectensis, litteris diei XI mensis Decembris a.D. MMVI, enixe Congregationem de Institutione Catholica rogavit, ut Studium Theologicum academicum ex veteribus Tilburgi Ultraiectensisque Theologiae Facultatibus unitum atque in Ultraiecto oppido situm, in Ecclesiasticam Faculta-

## Decreet

“Om de dienst van de evangelisatie te vervullen die haar door Christus is toevertrouwd, heeft de Kerk het recht en de plicht universiteiten en faculteiten op te richten en tot ontwikkeling te brengen die van haar afhangen” (Johannes Paulus II, apostolische Constitutie *Sapientia christiana*, art.1).\*

“De kerkelijke faculteiten – die op het algemeen welzijn van de Kerk moeten zijn gericht en voor de hele kerkelijke gemeenschap iets kostbaars moeten zijn – moeten zich van hun betekenis in de Kerk bewust zijn en van de deelneming van hun kant in de bediening van de Kerk. Maar die welke onder hen meer direct over de christelijke openbaring handelen, moeten zich de opdracht indachtig zijn welke Christus, de hoogste leraar, diezelfde Kerk omtrent deze bediening met deze woorden heeft gegeven: ‘Gaaf dus en maakt alle volkeren tot mijn leerlingen en doopt hen in de naam van de Vader en de Zoon en de heilige Geest en leert hun te onderhouden alles wat Ik u bevelen heb’ (Mt 28,19-20). Uit al deze overwegingen volgt de algehele instemming van deze faculteiten waardoor zij zich naar de volledige leer van Christus voegen waarvan het leergezag van de Kerk in de loop der eeuwen altijd de authentieke verklaarder en bewaarder is geweest” (a.w., Inleiding IV).

“De faculteit van de heilige godgeleerdheid legt er zich op toe de katholieke leer die met de grootste zorg uit de goddelijke Openbaring wordt geput, met de haar eigen wetenschappelijke methode dieper te leren kennen en systematisch te ontleden; en ook om de oplossingen van de menselijke problemen in het licht van dezelfde Openbaring zorgvuldig te onderzoeken” (a.w. art. 66). Zo hebben de theologische faculteiten van de Wereldkerk deel aan de bediening van het Woord, die moet steunen op de Heilige Schrift, de Traditie, de Liturgie, het Leergezag en het leven van de Kerk. Op deze wijze moet het heilsmysterie van Jezus Christus, de Verlosser van de mensen volledig en getrouw voorgehouden worden (vgl. c. 760 *CIC*).

Zich bewust van deze buitengewone zending van de Kerkelijke Faculteiten en gelet op het belang van de Academische Studies van de heilige katholieke theologie in Nederland heeft de zeer uitnemende en hoogerwaarde Adrianus Kardinaal Simonis, aartsbischop van Utrecht, bij brief van 11 december 2006 nadrukkelijk gevraagd aan de Congregatie voor de Katholieke Vorming om de academische theologische studie, verenigd vanuit de oude Faculteiten van Godgeleerdheid van Tilburg en Utrecht en gevestigd in de stad Utrecht, te maken tot een Kerkelijke Faculteit van Godgeleerdheid en onder te brengen bij de Katholieke Universiteit van Tilburg.

\* Vertaling uit  
Archief van de  
Kerken.

tem Theologiae constitueretur atque in Catholicam Tilburgensem Universitatem insereretur.

Haec CONGREGATIO DE INSTITUTIONE CATHOLICA (de Seminariis atque Studiorum Institutis) re undique considerata perpensaque, collatis quoque consiliis cum omnibus quorum interest, iudicio favorabili Conferentiae Episcopalis Nederlandiae habito, cum comperit in Studio omnia adesse ac servari quae a normis Sanctae Sedis requiruntur, praesertim quod selectorum docentium numerum spectat, et attenta approbatione Romani Pontificis in audientia Em.mo Praefecto huius Dicasterii diei VIII mensis Septembris a.D. MMVI concessa, perlibenter petitioni annuens, in Dei Optimi Maximi gloriam necnon Ecclesiae decus ac incrementum

## ECCLESIASTICAM FACULTATEM SACRAE THEOLOGIAE ULTRAIECTENSEM

IN UNIVERSITATEM CATHOLICAM TILBURGENSEM INSERENDAM

hoc Decreto canonice erigit erectumque declarat, *ad quinquennium experimenti gratia*, ita statuens ut eiusdem ordinatio plene et fideliter respondeat normis ecclesiasticis, imprimis Apostolicae Constitutioni *Sapientia christiana* Ordinationibusque eidem adnexis; facta eidem potestate academicos Sacrae Theologiae gradus ad normam canonicarum de studiis superioribus legum rite conferendi, si et quatenus insimul ea explentur quae a lege civili in Nederlandia exiguntur; eidem agnitis tributisque iuribus honoribusque et privilegiis, quae iuxta legislationem canonicam Ecclesiasticis Facultatibus in catholico orbe constitutis competunt.

Eadem insuper Congregatio Em.mum Archiepiscopum Ultraiectensem pro tempore eiusdem Facultatis

MAGNUM CANCELLARIUM

necnon Exc.mum Episcopum Buscoducensem Antonium Lambertum Mariam HURKMANS atque Exc.mum Episcopum Groningensem Wilhelmum EIJK

eiusdem MAGNI CANCELLARII VICARIOS

statuit, nominat atque renuntiat, omnia ipsis agnoscens tribuensque huiusmodi muneris officia ac iura, in primis catholicae doctrinae orthodoxiam, morum probitatem ecclesiasticamque disciplinam vigilanter tutandi ac diligenter promovendi, Docentibus quibuslibet missionem canonicam vel veniam docendi antequam nominentur concedendi et pro necessitate revocandi, peculiaria Facultatis Statuta, Studiorum Ordinationes atque Programmata huic Congregationi opportune approbanda proponendi; ceteris servatis de iure servandis, contrariis quibuslibet minime obstantibus.

Deze Congregatie voor de Katholieke Vorming (voor de Seminaries en de Opleidingsinstituten),

- de zaak van alle kanten gezien en overwogen hebbend,
- adviezen ingewonnen bij alle belanghebbenden,
- met een gunstig oordeel van de Bisschoppenconferentie van Nederland,
- aangezien zij heeft bevonden dat in de studie alles aanwezig is en gehouden wordt wat door de normen van de Heilige Stoel wordt vereist, vooral wat betreft de categorie uitgekozen leraren,
- gelet op de goedkeuring door de Heilige Vader verleend aan de zeer uitnemende Prefect van dit Dicasterium in een audiëntie op 8 september 2006,
- volgaarne instemmend met het verzoek,
- tot glorie van de Allerhoogste God en tot eer en groei van de Kerk

richt met dit Decreet volgens kerkelijk recht op

## DE KERKELIJKE FACULTEIT VAN DE HEILIGE GODGELEERDHEID TE UTRECHT,

ONDER TE BRENGEN BIJ DE KATHOLIEKE UNIVERSITEIT VAN TILBURG

en verklaart dat de oprichting geldt voor een periode van vijf jaar als experiment, in dier voege dat de ordening van dezelfde faculteit volledig en getrouw beantwoordt aan de kerkelijke normen, allereerst aan de apostolische Constitutie *Sapientia Christiana* en de verordeningen daarmee verbonden;

aan dezelfde faculteit wordt de bevoegdheid verleend om geldig de academische graden van de heilige Godgeleerdheid te verlenen naar de norm van de canonieke bepalingen voor de hogere studies, indien en voorzover ook wordt voldaan aan hetgeen door de burgerlijke wet in Nederland wordt vereist;

aan dezelfde worden toegekend en verleend de rechten, eerbewijzen en voorrechten die volgens het canonieke recht toekomen aan Kerkelijke Faculteiten die in de katholieke wereld zijn opgericht.

Bovendien bepaalt, benoemt en proclameert de Congregatie de Eminente Aartsbisschop van Utrecht tijdelijk als

GROOTKANSELIER

van dezelfde Faculteit alsmede de Hoogwaardige Bisschop van 's-Hertogenbosch Antonius Lambertus Maria HURKMANS en de Hoogwaardige Bisschop van Groningen Wilhelmus EIJK tot

VICARISSEN VAN DEZE GROOTKANSELIER,

Magni Cancellarii erit quoque Facultatis navitatem academicam aptis mediis adhibitis continenter provehendi.

Datum Romae, ex aedibus eiusdem Congregationis, die XXI mensis Decembris, in memoria Sancti Petri Canisii Sacerdotis Ecclesiaeque Doctoris, a. D. MMVI.

  
PRÆFECTUS

+ J. Michael Miller, CSB  
A SECRETIS

aan hen alle plichten en rechten van een dergelijke taak toekennend en verlenend,

allereerst die van het waakzaam toezicht op de rechtzinnigheid van de katholieke leer, op de beproefde zeden en de kerkelijke tucht, en die van het verlenen van de canonieke zending aan alle docenten, of verlof om te doceren voordat ze benoemd zijn, en indien nodig hen te ontslaan, en het recht om bijzondere statuten van de faculteit, verordeningen en programma's op het juiste tijdstip ter goedkeuring voor te leggen aan deze Congregatie overigens met behoud van wat rechtens behouden dient te worden; zonder dat wat hier ook mee in strijd is een beletsel vormt.

Het zal ook de taak van de Grootkanselier zijn om de academische ijver met aanwending van de geschikte middelen voortdurend te bevorderen.

Gegeven te Rome, van dezelfde Congregatie, op 21 december, de gedachtenis van de H. Petrus Canisius, priester en kerkleraar, in het Jaar des Heren 2006.

Zenon kardinaal Grocholewski  
*Prefect*

J. Michael Miller c.s.b.  
*Secretaris*

*Vertaling drs. W.L.P.M. Peeters*